

W
gndauer prifte

62

I. N. I.

AD ACTUM ORATORIUM

De

AGNO PASCHALI,

Futura olim prænunciante;

Honiorem,

CHRISTI PATIENTIS,

promovendi causa;

In Lyceo Torgensi,

Anno / Salutiferi partus, M DCC XV.
die XVI. Aprilis,

Hora pomeridiana 1. & seq.

tam visui quam auditui

Exhibendum,

Honorandos PATRONOS, FAUTORES & AMICOS,

Qvam humillimè invitat:

PETRUS PAULUS FEKNO,

Supra nominati Lycei Rector.

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHARIE HEMPL.


Vos si olim gentiles, in veritate Di-
 vina, talpis cœciores, nullum opus inchoaverint,
 nisi prius, deastrum aliquem, in auxilium voca-
 vetint; vid. Virg. Libr. i. georg. v. 5. & seq. Lib. 2. ge-
 org. v. 4. & seq. item Ovid. Libr. metamorph. l. v. 2.
 Hesiod. Libr. oper. & dier. v. 2. ut alios taceamus:
 multo magis nobis conveniet, Christi cultoribus, quibus satis luci-
 da, Veritatis Divinæ lux, gratiolè emicuit, verum illud, cœlestè, &
 Trinuntum NUMEN, aliquid molitus, devota invocatione solici-
 tare. Imploramus itaque Idem, hac in parte, & omnibus ab Eo-
 dem contendimus precibus: ut ceptis nostris adesse velit, & qvi-
 dem eo benignius & propensius, quo majori studio eadem, ad sui
 sanctissimi Nominis Honorem, directa esse novit. Hoc tremen-
 dum NUMEN, cum Natura benigna, nihil solet facere frustra: mit-
 ti prodigia, præsentat visiones & somnia, ordinat typos; qvia his
 futura, terrigenis prænunciare, Eidem per placet. Sæpe profecto,
 per prodigia, Ejusdem nutu, futura mortalibus, qvanqvam in um-
 bra tantummodo quadam, ante oculos posita fuerunt, tam genti-
 libus & infidelibus, qvam fidelibus. Julii Cæsaris mors, prænun-
 ciata fuit, per varia prodigia. vid. Virg. Libr. i. georg. sub finem. Svet.
 in vita Jul. Cæs. pag. m. 38. §. 21. Servii Tullii Majestas Regia contra,
 denunciata fuit per flammam lambentem. vid. Liv. libr. i. pag m. 18.
 in fôl. Valer Max. Cap. VI. de prodig. §. 2. Xerxis fuga ex Græcia, ad-
 umbrata fuerat per leporem, si credere fas est. Vid. Valer. Max. cap.
 VI. de prodig. in extern. §. 1. Urbis Siculæ maritimæ, nomine Belli-
 næ, nunc Panormi seu Palermi, ingens ruina, terra motu & flammæ
 accelerata, per prodigiosum qvoddam monstrum, qvæsi penicillo
 delineata fuit in futurum. Vid. Horolog. Princip. Antonii de Gueva-
 ra, libr. 3. cap. 7. Cum Longobardi, in Italiam transire decrevissent
 Itali cuncti, manifeste ignæs in cœlo acies, acerrimo inter se præ-
 lio concurrere, viderunt. Vide Autorem citatum, libr. r. pag. 73. num-
 56. Ladislai, Regis Hungarorum mortem, præcessit horrendus come-
 tes, qvem nigrum appellarent; nec non varia, ipsius Regis inso-
 mnia. vid. Anron. Bonf. decad. 3. libr. 8. pag. m. 358. Sic insolitus pal-
 lor, Ludovico, pariter Hungarorum Regi, galea armato & munito,
 certissimam præfigiebat mortem, in bello contra Solimannum,
 Turcarum Imperatorem. vid. Aut. cit. in Johannis Sambuci appendi-
 ce, pag. 565. Silentia denique oraculorum, apud gentiles ita dictorum,
 Nativitatem Christi, Salvatoris totius mundi, mox secuturam, por-
 tendebat; hinc responsum illud, Delphici Dæmonis, ad Augustum,
 Imp. Rom. toties ex oraculo muto, de successore in Imperio qvæ-
 rentem:

Me puer Ebræus, divos Deus ipse gubernans
 Cedere sede jubet, tristemque subire sub orcum:
 Aris ergo dehinc, tacitus discedito nostris.

Unde

Unde ara, primogeniti Dei iuxta, teste Christiano Matthiae, in theatr. Histor & evidem in Augusto pag. 70. ex Nizephor. Libr. t. cap. 17. Sed quis omnia prodigia, res futuras denotantia, enarrare possit? quæ, ut jure statuimus, vel num, vel permisso Divino, utique acciderunt. Hæc fuerunt futura, per prodigia prænunciata; jam vero accedendum ad ea, quæ per visiones & somnia determinata fuerant: quorum fundamentum, in sacris dilexit literis. Audiamus, de his visionibus, & somniis, Prophetam Joëlem, ita vaticinante: & post hæc effundam spiritum meum, super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filia vestra: senes vestri, somnia rationabunt, juvenes vestri, visiones videbunt. Joëlis 2. cap. v. 28. Ex qua propheetia discimus: primo, quod jam tum, Sacerdotio Levitico, finis denunciatus fuerit, teste Luther, viro entheo. Deinde, hinc hoc pater: quod Deus et Opt. Max. omnino per visiones & somnia, hominibus, futura ante oculos ponere, solitus fuerit, præsertim ante Christum natum. Nonne Mosis, ope visionis, in arrente illo & viridi rubo, SS. mysterium, tam incarnationis Christi, quam illas virgininitatis, beatissimæ virginis Mariæ, ostensum fuit? utique, de quo vid. Exod. 3. cap. Nonne per egregium baculum, & ollam, seu aquam ebullientem visam, Prophetæ Hieremias, futura populi Israëlitici calamitas, à Deo monstrata fuit? Hier. cap. i. v. ii. & seq. utique. Ut jam plures alias visiones taceamus; quæ tam crebrè erant, ut Propheta, per eis futurae videntes, ab iis denominata fuerint. Ad has visiones, futura denotantes, referenda sunt etiam somnia quædam; quibus Divinum Numen, hominibus futura parefacere voluit. Cæstissimum juventi Iosepho, futura in Ægypto Eminentia, à Deo per somniuum prædicta fuit. Genes. cap. 37. Archipincerna Pharaonis, restitutio innumeris; Magistro pistorum vero, supplicium. Gen. Cap. 40. Pharaoni denique, septem fertiles, & septem steriles anni. Gen. cap. 41. ut, jam ea, quæ Nebucadnezari, & Alyagi, in Monarchia prima, per somnium denunciata fuerant, prætereamus. Nec non ea, quorum Cicero, in Onirocriticis suis, mentionem facit. Imo, ut & de visionibus Apostolorum in N. T. per somnia factis, nihil dicimus, cum nobis properandum sit ad id, de quo in nostro actu oratorio, præcipue agetur. Ut itaque, partim per prodigia, partim per visiones, partim per somnia, Deo placuit prædicere funera, & quidem tam permisive, quam per nurum suum Divinum; ita Iesus, dilectissimi sui filii passionem, cum per variciniam, v. gr. vaticinium Davidis, Pl. 22, per vaticinum, Es. cap. 53. & alia. Cum per typos varios, præterim per agnum paschalem, prænunciare hominibus voluit. Non sine causa dicimus, præsertim per agnum paschalem: nam, nostro debili judicio, in nullo typi, Christi passionem adumbrante, tam accurate, omnes circumstantes passiones Christi, delineatae fuerunt, quam in agno paschali, teste Bocharto, in Hieroz. de agno paschali. Hinc etiam, ad denotandam accuratissimam evidentiam hujus typi, apostoli sancti, Christum ipsum in scriptis suis, mox pascha, i. Cor. 5. v. 7. mox vero agnum appellant. Joh. 1. cap. v. 2. Bochartus sane, in suo Hierozoico, cum aliis viris eruditis observavit: quod Christus dulcisissimus, ita Apoc. Joh. 28. locis, nomine agni insignitus sit. Pulcherius proposito, agnus enim, est innocentissimum animal, Christus autem Innocentia ipsa; ut Pilatus de ipso testabatur, imo Pilatus ipse. Matth. 27. v. 19. & 24. ubi quidem Christus vocatur justus, sed justus & innocens, sunt Synonyma. Agnus est animal patientissimum, Christus vero est ipsa patientia, quod pater ex 1. Petri, cap. 2. v. 23. Agnus est animal purum. Christus pariter, est ipsa puritas, quod iterum, ex allegato capite Epif. Petrina, v. precedente, liquido emergit. Sangvis agnorum, hoc in casu, in Ægyptio primum macrorum, conservavit omnem primogenitaram Judæorum, Exod. 12. Christi sangvis simili modo, conservat omnes vere credentes, i. Joh. 1. it. Joh. Ev. 3. cap. Præterea, non quibus agnus promiscue, sed Selectus ex pluribus, ad paschale sacramentum fuit destinatus; Christus etiam, statim ab exordio mundi, ex omnibus hominibus, fuit electus, ad satisfaciendum, pro

pro genere humano. Gen. 3. v. 15. Et quod notatu dignissimum: eodem tempore, Christus ad patientium Hierosolymam venit, quo agni ad mactandum felicabantur; id quod patet, ex 12. cap. Joh. At, et si multæ adhuc circumstantie, circa hunc agnum paschalem restant, quæ ceu typi, Christum passum respiciebant; tamen, quia prolixitas tardioſa omnino vitanda, tandem defiendum: præsertim, cum optimæ ſpei adolescentes & juvenes, omisla ſup̄ plere perorando, fini parati ſequentes:

1. CASPARUS FRIEDERICUS WÆCHTLERUS, Jütröbōc. Saxo.
Perorabit de Feſti Paschatos & agni paschalis denominatione.
 2. JOHANNES FRIEDERICUS RICHTERUS, Mühlberg. Miſi.
Dicet, de mactandi agni paschalis tempore.
 3. CHRISTIANUS DANIEL KÖRNERUS, Torg. Miſi.
Differet, de agni paschalis mactandi loco.
 4. FRANCISCUS PAULUS FEKNO, Torg. Miſi.
Verba facies, de perfonis agnum paschalem mactantibus.
 5. JOHANNES CHRISTOPHORUS SINNERSUS, Welfav. Miſi.
Habebit meditationem, de modo mactandi agnum paschalem;
 6. AUGUSTUS THEODORUS HOFFKUNZ, Torg. Miſi.
Exponet Muficam Iſraëlitarum.
 7. JOHANNES TOBIAS SCULTETUS, Jütr. Sax.
Producet fodalitatum, agnum paschalem comedens.
 8. MARTINUS NIMPACHIUS, Jütr. Sax.
Compensabit omisla à præcedente.
 9. CHRISTIANUS ALBERTUS AM ENDE, Graffenh. Sax.
Referet de dupli Viætima paschali.
 10. JOHANNES FRIEDERICUS CLEMENT, Groſboth. Miſi.
Inquit in amissionem agni paschalis.
 11. PAULUS EHRENFRIED BAUERUS, Belgr. Miſi.
Perstringet agnum paschalem, ex improviso committatum.
 12. JOHANNES GOTTLIEB VATERUS, Torg. Miſi.
Faciet mentionem, de commutatione aliorum ſacrificiorum, ex compoſito.
 13. DANIEL GODFREDUS SCHULTZIUS, Torg. Miſi.
Commemorabit agni paschalis immunditiam & separationem.
 14. CHRISTIANUS BENJAMIN CLARUS, Borac. Miſi.
Revocabil in memoriam penam, fermentum edentibus in paschate irrogat, & enucleabit Mysteria, in inquifitione fermenti latencia.
 15. JOHANNES CHRISTOPHORUS KRETZMARUS, Schweinitz. Sax.
Narrabit de agni paschalis eti.
 16. JOHANNES GODOFREDUS SCHUBART, Schwein. Sax.
Ventilabit fodalitum hominum ad ſecundum Paſcha pertinentium.
 17. GOTTHARDUS HENRICUS BARTZSCH, Priſtebl. Miſi.
Sifet prohibitam, extra fodalitum deportationem, particula agni paschalis.
 18. JOHANNES GEORG. SEUTZ, Belgr. Miſi.
In Iucem proferet immunditiam Eccleſie.
 19. JOHANN. THEOPHIL. GROLIG, Drefd. Miſi.
Evellet perorando herbas amaras.
 20. JOHANN. THEOPHIL. DEUTTRICH, Belgr. Miſi.
Occupatus erit dicendo, circa offa agni paschalis non conſingenda.
 21. FRIEDERICUS AUGUST. de DRANDORF, Eqves Miſi.
Movebit perorando fermentum paschale.
 22. BERNHARD. SIEGMUND. de KÖNRTZ, Eqves Luf.
Prohibebit, relinqvere aliquid de agno paschali, in diem craſtinum.
 23. JOHANNES GODOFREDUS STENTZEL, Torg. Miſi.
Pinſet perorando panes azymos.
- Ex his optimæ ſpei adolescentibus & juvenibus, omnium primus, Juvenis probus, & ſcholastica eruditio ſatis perpolitus, & ita in commodum Patriæ natus, ad huc ſemel prodibit, Græca lingua valedictus, nempe:

CASPARUS FRIEDERICUS WÆCHTLERUS.



78 M 4 37



TA 30L

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7

I. N. I.

AD ACTUM ORATORIUM*De***GNO PASCHALI,**

Futura olim prænunciante,

PATIENTIS,

caula,

Orgensi,

M DCC XV.

rilis,

a I. & seq.

auditui

um,

**NOS, FAUTORES
COS,**

invitat:

U S F E K N O ,

ycei Rector.

E,
ARIE HEMPL.